



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de**

**Lvgdvni, 1659**

Cap. I. De essentia virtutis Religionis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41066**

Non teneri ex *Coninch* affirmari. Adde ex *Tolet* cum inter *Conin* Doctores non conueniat, quando peccat mortaliter, qui non *Tolet* facit eleemosynam, non facillè condemnandos diuites, qui non largiuntur: monendos tamen vt faciant quantas maxime possint, ne ob ommissas eleemosynas illis in die iudicij dicatur, *Discedite maledicti, &c.*


156. *Potest Religiosus eleemosynam dare, cum credit id Prælato placere? Posse assero cum Tolet*, qui adiicit in extrema *Tolet* necessitate posse, etiam renuente Prælato, in graui verò facultatem petendam, si probabiliter de Prælati voluntate non constet.

157. *An possit tutor eleemosynam dare? Potest, ait Saa; quia Saa* pupilli bona administrat.

158. *Surripuit quis in extrema necessitate constitutus, nec deliquit: an oblata extrema necessitate teneatur restituere? Non teneri Valentia* affirmat.

159. *Quandomam dicitur scandalizatus populus? Cum decem graues & honesti viri scandalizantur. Sic Saa.*

Valent.




EXAMEN VI.

Circa materiam de virtute Religionis.

CAPVT PRIMVM.

De essentia virtutis Religionis.

1.  *Vid est Religio? Moralis virtus exhibens debitum cultum Deo tanquam primo rerum omnium principio.*

2. *Quoniam eius obiectum? Proximum quidem aliqua actio ad Deum directa: remotum verò Deus: materiale humanae actiones, quibus cultus, & honore Deus afficitur: formale verò Deo cultum eum exhibere.*

3. *Num virtus Religionis à reliquis virtutibus differat? A Theologicis & moralibus differt. Theologicæ enim proximè Deum respiciunt, morales autem hominem exornant aut in ordine ad proximum, aut in ordine ad se ipsum; at Religio eum exornat in ordine ad Deum. Etiam differre liquet à virtute qua Sancti ex propria excellentia coluntur, quæ *Dulia* appellatur; Religio enim Dei respicit excellentiam.*

R r 2

4. *Religionis*



4. *Religionis actus recense.* Interni deuotio, oratio; externi Adoratio, votum, iuramentum, de quibus supra.

## CAPVT II.

*De Oratione in communi.*

5. **Q**uid est Oratio? A Deo rerum decentium petitio. Vel ad Deum illa dirigatur, vel ad alios per ipsum.

6. *Quotuplex illa?* Triplex. 1. Publica, aut Particularis. 2. Mentalis, aut Vocalis. 3. Obsecratio, Postulatio, Actio gratiarum.

7. *An necessaria?* Ita quidem ex Religionis præcepto, & consequenter diuino obligante indeterminatè ad mentalem, aut vocalem.

8. *Quonam tempore obligat orationis præceptum?* Aristoteles mihi sententia illa triplex tempus in particulari ex vi præcepti assignans. Primum est, mortale initium discursus perfecti. Secundum mortis articulus. Tertium aliquoties in vitæ decursu, vt de præcepto Deum amandi assignauit. Prædictò Ecclesiastico iure tempus determinatur Missam audiendi præcepto, quando Sacerdos pro Populo precatur. Cæterum aliàs obligat aliorum vi præceptorum, v. gr. quando tenetur peccator se disponere, vt gratiæ diuinæ restitatur ad Sacramentorum administrationem: grauis tempore tentationis, euidenti mortis discrimine, & similibus. Adiiicit *Lesius* nos teneri adeò hæerere orationi, vt vnus mensis integer non elabatur. *Quonam crimine omittens in his casibus orationem, sese illigat?* Mortali quidem, si menti occurrat obligatio.

9. *Quenam in oratione debent postulari?* Res necessaria animæ saluti, virtutes supernaturales gratia, &c.

10. *Formam orandi exprime.* Dominica oratione præscribitur; prius enim Deum inuocamus; mox septem iustas admodum petitiones adiicimus; demum approbatione terminamus.

11. *Quenam requiruntur, vt oratio sit meritoria?* Primò quidem actio libera esse debet. Secundò honesta, quod supernaturaliter erit quando eam fides comitatur. Tertio rectus finis. Quarto humilitas. Quintò denique propositum de reliquo non delinquendi.

12. *Vt autem simul satisfactoria sit quid adiciendum?* Personalitas